



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 2.

Et ait pueris suis. Hic est Ioannes Baptista: ipse surrexit à mortuis & virtutes operantur in eo.

QVÆSTIO I.

Cur Baptistam existimauerit?

§ 1. **L** Vcæ 9. 7. alij referunt illi omnia quæ Christus fecit, aiuntque vel Baptistam, vel Eliam, vel aliquem de antiquis prophetis esse, Herodes principio dubitauit. Quis est hic? tandem in eam sententiam inclinauit, vt Baptistam esse crederet, quod suis familiaribus est confessus, non sparsit in vulgus. Quæ ex re etiam nequitia regis innotescit, vt qui tanti Ioannem æstimaret, & tamē occideret; qui putat à mortuis resurrexisse, & virtutes in eo operari, nec tamen illis de Christo testimoniis fidem haberet. Par est contumacia Hæreticorum, qui cum Martyrū & Sanctorum Patrum pietatem, & miracula agnoscant, fidem tamen quæ ista fecerunt, insolenter oppugnant. Propter istam in quibusdam est, *ἡστί τις, ἢ οὐκ ἡστί?* an iste?

§ 2. Apparet sanè Herodem non abhorruisse ab eorum sententiā, qui *ἡστί τις* probabat, vt multi arbitrantur. Ideo tam disertè ait ipse surrexit à mortuis, quædam exemplaria habent: *ὁὗτος ἐστὶν Ἰωάννης βαπτιστὴς ὃν ἐγὼ ἀπέκασα δεικνύων. Hic est Ioannes Baptista quem ego decolauit: quod tamen ex Lucā huc traductum esse non dubito. Syrus suo more dicit, surrexisse יוֹחָנָן בִּרְיָהּ Men beth methe, de domo mortuorum.*

§ 3. In eo post mortem virtutes operari arbitrat, quas in viuente non aduerterat (neq; enim Ioannes signa fecit) quod post mortem augultioem putaret, & quasi in Deos relatum, & amphiorum cum potestate remissum. Vnde magis superstitiosus homo metuere cœpit rediuium. *Εὐεργετὴν*, inquit efficaciter vim suam exerunt, seq; ostendunt: alij verò quod indignarentur Herodi ob Baptistæ necem, iam quasi illo rediuiuo gaudebant. Sanctorum resurrectionem maiore cum dignitate futurā putabant. Ita Anselmus. *Δυνάμεις* nō sunt angelicæ potestates, vt multi existimant, sed à Deo infusæ virtutes & potestates. Conscientia regis impia omnia scia præsumit, & cæco verberè pulsatur, dum primo dubitat, deinde certo statuit Baptistam resurrexisse. Egregie Chrysost. hom. 49. *Σὺ δὲ μοι εὐεργετὴν ἡλικὸν ἢ ἀπὸ τοῦ νεκροῦ ἐκείνου ἀνέστηναι. ὅτι ἡ τέλει αὐτοῦ ἡ δόξα δίδωκε, καὶ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἀνέστησεν αὐτὸν ὡς θεόν.* Tu autem hic etiam animaduerte, quā ingentes virtus habeat vires. Nam hic Herodes adeo Ioannem mortuum perhorruit, vt à nimia formidine de resurrectione philosopharetur. Mira Dei vindicta, inter vincula securus est Ioannes, Herodias vinculum formidat, vox Baptistæ de catena clamat in conscientia meretricis. Tyrannum veris tortoribus Deus exagitat, vt quantumcunque illecebris in dormiant, identidem tamen stimulis torpentem animam fodiat.

VERSUS 3. & 4.

Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum: & posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam.

QVÆSTIO I.

Quæ causa occidendi Ioannis?

§ 1. **E**vang. lista factum ait propter Herodiadem uxorem fratris sui. Quædam Exemplaria habent:

uxorem fratris sui Philippi, quod additum ex glossa factū constat. Iosephus etiam illum vocat Herodem. Natus est ex Herode magno, & Cleopatra, Ierosolymitana, Tetrarcha fuit Ituræ & Trachonitidis, vir animi placidi. Historiam Iosephus recenset prolixè. Inuenitur etiam apud Gorionidem lib. 6. cap. 63.

§ 2. Ioannes vltro adijisse Herodem videtur, cum publico scandalo, & infamiæ fratri uxorem eriperet. Martyrem autem fuisse nemo dubitauit, & sic eum appellat August. in Plal. 140. Quia etiam probabile est, sapius Herodem esse monitum. Nam idcirco Herodias illi insidiabatur, quod sciret, nullo promissio, aut metu eum impediti posse, quo minus prophetica libertate regias libidines inflecteretur.

§ 3. Non fuit Herodias vxor demortui Philippi, vixit enim ille ad annum vsque Tiberij 20. hæc facta sunt biennio ante Christi mortem, quæ incidit in annum 18. Tiberij. Porro non immerito patrem quamuis lenti ingenij timere Herodes debuit, præsertim cū ab Arabe socero, ob repudium alterius coniugis bellum immineret. Grauior autem metus ex Ioanne, qui summæ apud Iudæos erat auctoritatis, exurgebat. Sponte autem furenti etiam Pharisei & sacerdotes facies subdiderunt, cum monitores ipsi, & correctores esse deberent. Quod Caietanus nomine composito, Herodem Philippum, vel Philippum Herodem vocari suspicatur, non videtur aut verum esse, aut Iosepho excusandum sufficere. Non enim mos erat nomina geminare apud Hebræos, & Iosephus non rectè Philippum nominaret, si nomen integrum erat Philippus Herodes, aut Herodes Philippus.

§ 4. Non igitur rectè concludunt nonnulli, esse naturali lege nuptias duarum sororum & duorum fratrum irritas, vt hæretici nostri temporis nonnulli faciunt. Nam Philippum mortuum fuisse communis eunt, Herodem vero reprehendi ob defuncti ducit uxorem. Eos sane lex, quæ defuncti fratris sine libetis uxorem duci imperat, satis refutat, vt veritatem esse nō fingent, quod etiam imperatū legerunt. Nec aliter sentiunt etiam multi sectatorum, & collegas suos oppugnant. Acrius fratrem adhuc vixisse indicat. Iudicium Ioannis de hoc facto Herodis tale est. *Non licet tibi habere eam, hoc est, fratris tui legitimæ vxor est, & eo inuito adire non debet, vt arse, rapta est turpis, nam fratri iniuriam facit, rapta thori sociam.* Et Mulculus viuentem fratrem fuisse pronuntiat, cum filiam haberet Philippus, etiam mortuo illo nuptias illegitimas futuras fuisse concedit. Caluinus historiæ insensit à factum ait, vt multi superuacuum disputationem ingererint. Liceat ne mihi ducere uxorem, quæ prius fratri meo nupta fuit, vi aut fraude abductam ait. Eodem modo Bullingertus viui fratris uxorem vocat, ideoque ineptè protius hinc doceri nos affirmat, gradus consanguinitatis, & affinitatis non esse abolitos, cum non de incestu, sed raptu accusetur Herodes. Errat igitur Kemnitius, qui ex reprehensione Ioannis colligit legem graduum Leviticorum etiamnum durare. Præterquam enim quod de raptu & adulterio reprehenditur Herodes, etiam in eo ipse errat, quod existimet, Ioannis Baptistæ tempore legem cessasse, cum eam Dominus ipse postea abrogarit. Constat sanè Philippum vixisse, vt ex Iosepho, & Gorionide notauit. Bullingertus uxorem fratri eripuisse ait, idq; ex Iosepho docet.

§ 5. Tertullianus tamen defunctum fuisse Philippum existimauit lib. 4. contra Marcionem c. 34. p. 87. Ioannes enim recundens Herodem, quod aduersus legem uxorem fratris sui defuncti duxisset, huius filiam ex illa (non enim alia hoc permittente, imo & præcipiente lege, quam si frater illiberis decesserit, vt à fratre ipsius & ex costâ ipsius supparetur illi semen) coniectus in carcerem fuerat, ab eodem Herode postmodum & occisus. Facta igitur mentione Ioannis

Domi-